

Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo
 D. Do. Jac. M A S C O V S O,
 S. P. D.

Mich. Christoph. Stanow

Adest iam Tuae Amplitudini sua de staturo officia, quem
 in superioribus uenturam dixeram Wolffius, Consulis Conicensis
 filius, cui quae de legato Fuhrmanniano et Stuppiano in manda-
 tis dare placuerit, praesenti iniungere licebit. Usus est ad
 me cum contubernali, quem comitem habet in academiam, Napierok;
 nec poenitendus fecit uterq; in humanioribus, bonis artibus et linguis
 progressus. Absenti ad patrem consilium dedi, ut propius exposita
 retur sententiam Senatus Conicensis, eius Tuam Amplitudinem
 facere posset certiore: qua in re quid effecerit, ipse uel non
 rogatus exponet. Utrum et quamdiu hi sint Lipsia moraturi pa-
 rentum Definet arbitrium, ne enim me ea de re consuluerunt;
 Kettnerus uero et Kantzius, ciues nuper Lipsia accepit, quantum
 sciam perpetuos, quos proxime sequetur illis opulentior iunior, Iudis
 addictus Zuter. Schmidius, Consulis filius, heic non tantum
 musis, quantum aliis rebus est operatus, quod institutum ut
 Lipsia mutaret, optandum. Superest, ut Doctoris honorem
 gratuler, et cetera quaecumq; uoluntas tulerit optabilia
 et Tuam Amplitudini et fratri Consultissimo apprecer, meq;
 uero tenuitater favori utriusq; de melio commendem.
 Deproperabam Sedani MDCCXXV. 3. Non. Jul.